Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sic & ideo dicitur caelum est & in
caelum ibis hoc totum quare
dixi ut eo caelum probarem
Caeli enarrant gloriam dei & ope
ra manuum eius adnuntiat firm
amentum & aquae quae super ce
lo sunt laudent nomen domini caeli
caelo domino qui fecit caelum & ter
ram lic & terrenis sumus lic &
ambulemus in terra tunc con
uersatio in caelis est ibi habe
mus municipationes nostras qui
fecit caelum & terram lic & pec
catores non dispereatis de domo
potens multi de terra caelis fiunt
& multi de caelo terra in felix
iuda caelum fiunt & terra facti sunt
Paulus apostolus eo tempore quo
persequebatur ecclesiam terra
erat confessus est & caelum fac
tus est Nec qui caelum est debet
esse securus Nec qui terra est
debet disperare de urta iacob eo
tempore quando fugiebat in me
sopotamiam fuit tremulum
venit ad luzam & ibi inquit po
suit sibi lapidem ad caput sub ca
pite ipsius lapis erat xpi Num
quam sibi posuit lapidem ad caput
Nisi eo tempore quando persecu
torem fugit quando mansit indo
mo patris sui quamdiu erat indo
mo patris sui & habebat refrigeria

carnis lapidem non habebat ad
caput recessit de domo sua nudus
recessit in uirga & stat in ipsa
nocte inuenit lapidem & posuit ad
caput suum quia talem habebat
puluinum in quo refrigerabat
Videre uisione eius uidit inquit
scalam de terra pertingentem ad
caelum & uidit inquit angelos
descendentes & ascendentes
Vidit angelos de caelo uenire
ad terram & alios de terra ad
caelo ascendere Vultis scire
qui lapis ille qui erat ad caput
iacob xpi erat lapis angularis
lapis quem reprobauerunt aedi
ficantes hic factus est in caput
anguli Lapis ille quis scriptus est
in regnorum libro abenezer
lapis iste xpi est abenezer ali
interpretatur lapis adiutor
Consurgit inquit iacob mane
& quid dixit haec inquit domus di
& quid fecit tulit inquit oleum
& unxit lapidem Nisi mysteria
intelligerimus scripturarum
cuius rationis erat ut ungere
lapidem oleo
FINIT DE PSALMO CXXXIII

INCIPIT DE PSALMO CXXXV

Confitemini domino quoniam bo
nus quoniam bonus